n ¶ Ut plerisque. hic incipit tractare de dispensatione. vnde videndum est quid sit dispensatio. quid dispensare. quod ius sit dispensabile. quis possit dispensare. Dispensatio est iuris cōmunis relaxatio facta cū cause cognitione ab eo q̄ habet ius dispēsandi ar. xi. q. i. §. ex his. Dispensare est diuersa pensare. hec enim omnia de quibus mētio fit in. §. isto pensare debet qui dispensare vult. scias ergo quod vbicū que decoloratur status ecclesie non pōt dispensari. vt. j. e. et si illa. et dicunt quidam indistincte quod contra quatuor concilia non potest dispensari. vt. s. xv. di. sicut. nec contra euāgelium vel preceptum apostoli. vt. xxviij. q. ij. sunt qui dicunt. sed melius. xxv. q. i. sunt quidam. vt ibi notaui. De dispensatione episcoporū dico quod vbicunque non est prohibita dispensatio ibi possit dispensare. vt e. de cleri. pug. in duello. c. i. et ex. de sen. ex. nup. in quibusdā tamen casibus inuenio eis permissam dispensationē et in quibusdam prohibitā. quandoque enim dispensant cum sacrilego. vt. l. di. c. si quis presbiter. Itē cum heretico. vt. l. di. presbiteros q. Item cum adultero vt ex. de iudi. at si clerici. Itē cū simōiaco dispēsat quādoque i bn̄ficio q̄ sic fordie. vt s. e. q. v. c. i. et vl. Itē cum scismatico. vt. l. di. vt constitueretur. In maioribus aūt criminibus etiam dispensat in beneficio si sunt occulta. vt. l. di. de his vero. Item cum homicida dispensat quandoque in beneficio vt extra de cleri. pug. henricus. et de homic. interfecisti. et l. di. studeat. sed non in officio. vt. l. di. miror. Item quandoque cum aliquo dispensat in matrimonio contrahendo. vt. xxiij. q. ij. antiqui. Item in ordinibus et dignitatibus nisi tantum in episcopatu. vt extra de elec. innotuit Item dispensat cum excommunicato ministrante. vt. ij. q. v. quanto. licet sit contrarium. xi. q. iij. si quis episcopus. Fit autem dispensatio cum hoc requirit necessitas vel vtilitas. vt. j. e. tali. Item fit quandoque dispensatio quia timetur maius malum sicut cum anglicis fuit dispensatum. vt. xxv. q. iij. quod scripsi. et. c. quedam lex. quandoque propter futurum bonum vt dispēsatur cum hereticis. vt alij facilius reuertantur ad ecclesiam. vt. xxiij. q. iiij. ipsa pietas. quandoque propter multitudinem et scandalum vitandum. vt. l. di. vt constitueretur.

quandoque relaxetur ex dispensatiōe misericordie. Multorum enim crimina sunt damnabilia quos tamen ecclesia tolerat pro tempore: pro persona: intuitu pietatis vel necessitatis siue vtilitatis[m] et pro euentu rei. pro tempore sicut gelasius qui cum necessitate temporis videret italicam ecclesiam propter belli famisque incursionem fere omnium clericorum officio destitutam adeo vt plerisque[n] populis subsidia regendarum deessent animarum. cocessit de monachis[a] vel de laicis clericos assumi ita dicens.

Pro temporis necessitate ap. sedis decreta temperantur.

Necessaria rerum dispensatione cōstringimur et apostolice sedis moderamine conuenimur sic canonum paternorum decreta librare. vt ea que presentium necessitas temporum in restaurandis ecclesijs relaxanda deposcit diligenti consideratione quantum potest fieri temperemus. Item priscis igitur temporibus etc. Require supra in tractatu ordinandorum. ¶ Item innocentius papa. Cum pro necessitate temporis necnon scandalum esset in ecclesia ordinatos a bonoso heretico susciperet. ait in decretis suis.

Cessante necessitate cessare debet quod vrgebat.

Quod pro remedio statutum est ac pro necessitate temporis constat primitus non fuisse. Quod ergo necessitas pro remedio repererit cessante[b] vti que necessitate debet cessare pariter[c] qd vrgebat[d]. quia aliud est ordo legitimus aliud vsurpatio[e] quod ad presens fieri tēpus impellit[f]. ¶ Similiter ex dispensatione in niceno cōcilio de nouacianis statutum est vt ad ecclesiam redeuntes ordinentur. Iterum ordinentur si qui ex nouatianis ad ecclesiam redeunt.

Si qui voluerint[g] venire ad ecclesiā catholicam ex nouatianis placuit sancto concilio vt ordinentur: et sic maneant in clero. Ante omnia autem hāc ab eis confessionem per scripturam[h] exigi oportet vt fateantur[i] se communi cōsensu catholice ecclesie[k] statuta obseruaturos. ¶ Item gregorius in registro.

Iuramentum a scismate redeuntium.

Quotiens cordis oculus nube erroris obductus superne illustratiōis lumine fit serenus magna cautela[l] nitendum est: ne latenter auctor scismatis irruat. et ab vnitatis radice eos qui ad eam reuersi fuerint: telo iterum erroris abscidat. Et ideo postque ego. N. ciuitatis talis episcopus comperto diuisionis laqueo quo tenebar diutina mecum deliberatione pertractans prona et spontanea voluntate ad vnitatem sedis apostolice diuina gratia duce reuersus sum. et ne non pura mēte sed simulate reuersus existimer: spondeo sub ordinis[m] mei casu et anathematis[n] obligatione atque promitto tibi. N. et per te[o] sancto petro apostolorū principi atque eius vicario. N. beatissimo et successoribus eius me nunquam quorumlibet suasionibus vel quocunque alio modo ad scisma: de quo redemptoris nostri gratia liberante ereptus sum: reuersurum. sed semper me in vnitate sancte ecclesie catholice et communione romani pontificis per omnia permansurum. vnde iuratus dico per deum omnipotentē et per hec sancta quatuor euangelia[p] q̄ in manibus meis teneo et salutem[q] imperatorum. N. et N. dominorum[r] nostrorum rem publicam gubernantium me in vnitate sicut dixi ecclesie catholice ad quam deo propicio sum reuersus: et in cōmunione romani pontificis semper et sine dubio permanere. Quod si quod absit ab hac me vnitate aliqua excusatiōe

a ¶ De monachis. s. di. lv. c. i.

Quod pro remedio. cessante. ar. causa sublata tolli cōstitutionem ex causa ortam. cessante enim necessitate cessare debet id quod vrgebat. vt. s. di. xxviij. de siracusane. s. e. q. i. qd pro remedio. s. di. lxi. §. his omnibus. c. neophitus. s. e. q. i. quod pro necessitate. s. di. xlviij. quoniam multa. ix. q. i. ordinatiōes et. lxiij. di. §. verum.

c ¶ Pariter. dicunt cessare facienda. sed non iam facta.

d ¶ Quod vrgebat. ar. ff. de adop. l. in omni fere iur. ar. ff. de sta. ho. homo liber.

e ¶ Usurpatio. id est dispensatio. vel iuris derogatio.

f ¶ Impellit. scilicet vt promoueantur vel ordinentur. si ante nō fuerint ordinati. vel forte extra formam ecclesie.

Si qui voluerint. s. e. q. i. si quis confugerit.

h ¶ Per scripturam. j. e. q. maximum. et. c. si quis. s. e. q. conuenientibus. ar. contra. j. de pe. di. i. quem penitet. nam ibi dicitur quod viua voce debet confiteri. sed illud verum est sed nichilominus postea per scripturam debet confiteri.

i ¶ Ut fateantur. j. xxiij. q. vlti. pessimam.

k ¶ Ecclesie. aliud est ergo iurare stare mandatis ecclesie: aliud episcopi. et ex hoc soluitur contrarietas illorum. c. et. de ap. questioni. et

c.preterea.ſimo idem eſt extra de ſen.ex.et tenore.

Q Votiens.cautela.ar.q cum abundantiori cautela faciendū eſt in quo timetur regreſſus.ſ.di.xxviij.de hijs.j.xx.q.ij.c.vlti.et.q.iij.c.i.et.di.xxiij.quanq.

m ¶ Sub ordinis.ſimiliter obligatur quis ſub pena beneficij ſui vt ex de elec.cū dilect⁹ in fi. et de cri.fal. ca.fi.

ti cum.ſ.rebaptizantur.de.con.di.iiij.quibus.et no.ix.q.i.in ſumma.

x ¶ Baptizati.ſ.e.q.i.ventum eſt ſ.di.l.confirmandum.ſ.e.q.iij.placuit.contra.ſo.ibi.j.de conſe.di.iiij.qui bis.ſ.di.li.c.vlti.

y ¶ Non admittantur.ex rigore.vel ſi in adulta etate conſenſerunt vel fidē impugnauerint vel de alijs in adulta etate baptizatis loquitur.

vel argumento diuiſero periurij reatum incurrens:eterne pene obligatus inueniar.et cum auctore ſciſmatis habeā in futuro ſeculo portionem.hanc autem cō feſſionis promiſſioniſq mee cartulam. N.notario meo cum conſenſu preſbiterorum dyaconorū et clericorum qui me in hac vnitate obligantes ſe etiam in ſupraſcriptis omnibus prona ſimiliter voluntate ſecuti atq proprijs manib⁹ ſubſcripti ſunt:ſcribendā dictaui: et ppria manu ſubſcribens tibi tradidi. Acta in loco. N.die illo.et conſulib⁹ ſupraſcriptis. Subſcriptio epiſcopi.Ego. N.epiſcopus ciuitatis. N.huic confeſſioni promiſſioniſq mee preſtite de conſeruandis supraſcriptis omnibus ſacramēto[s] ſubſcripſi[t]. ¶ Ceterum ex canonum rigore contra ſcribit felix papa omnibus epiſcopis.

Qui extra eccleſiam baptizati vel rebaptizati fuerint: ad eccleſiaſticam miliciam non admittantur.

Q Ui in qualibet[v] etate alibi q̄ in eccleſia catholica aut baptizati[x]. aut rebaptizati ſunt ad miliciam eccleſiaſticam prorſus non admittantur[y] accedere.quibus ſatis debet eſſe q in catholicorū numero ſunt recepti.quoniā de ſuo ordine et communione videbitur ferre iudicium:quiſquis hoc violauerit inſtitutum vel qui non remouerit eū quē ex eius cetu ad miniſterium clericale obrepſiſſe cognouerit.

¶ Pro perſona[z] ſicut beatus gregori⁹ ſcribens ianuario epiſcopo ait.

Rigor canonum aliquando propter perſonam relaxatur vel diſpenſatur.

T Anta[a] nequicia ad noſtras aures de tua ſenectute peruenit vt eam niſi adhuc humanitus penſaremus:fixa iam maledictione feriremus. Et quidē pene fuerat in te ſententia iaculanda. Sed quoniam ſimplicitatem tuam cum ſenectute cognouim⁹ interim tacemus[b]

¶ Pietatis[c] intuitu ſicut de illiteratis et corpore viciatis gelaſius ait.

Canonum decreta pietatis intuitu nō nunq̄ relaxantur.

S I qui vel propria temeritate vel incuria preſidentiū tales[a] ſuſcepti ſunt: nihil vltra promotionis accipiant ſatiſq habeant hoc ſibi pro nimia miſeratione conceſſum. ¶ Neceſſitatis intuitu.ſicut hilarius papa qui cū de quodam epiſcopo preter noticiam metropolitani[b] ordinato loqueretur ne in vtroq graue ſcandalum fieret ait in ep'la ſua.

Neceſſitatis intuitu q̇dam in eccleſia tolerantur.

Q Voniam quicquid ab alterutra[c] parte eſt iudicatum: omni videm⁹ peruerſitate confuſum.temporum neceſſitate perſpecta hac ratione decernimus ad veniam pertinere quod geſtū eſt.vt deinceps nullus preter notitiam vel cōſenſū[d] metropolitani ordinet antiſtes.

¶ Item innocentius. *De eodem.*

Q Votiens a populis aut a turba[e] peccat̄ q:i oēs ꝓpter m'ltitudinē[f]

n ¶ Et anathematis.imprecatio eſt nō enim quiſq poteſt ſe excōmunicare. ſimilis eſt imprecatio.de cō.di.ij.ego bereng.ꝛ.xi.q.iij.ſi is q. nec poteſt apud ſe aliq̄s obligari.ff ō fideiuſ.ſi q̄s pro eo.§.i.

o ¶ Et per te ar.ꝯtra inſti. de inutili. ſti pu.§.ſi quis alī.q: ibi dicitur.q alteri ſtipulari vl' paciſci nemo poteſt niſi ſit ſeruus eius vt ibi vel procurator preſentis vt.ff. de.ſ.ob ſi procurator preſentis.dic ergo ideo hoc fieri quia papa eſt ſeru⁹ beati petri. vnde dicit ſe in epiſtolis ſuis ſeruus ſeruorum dei: vnde verſus ſeruierant tibi roma prius domini dominorum.ſeruorum ſerui nunc tibi ſunt domini.vel hoc fit fauore religionis ſed credo iur canonico me teneri ſi ego promitto tibi me daturum ticio.x.ar.xxij.q.v.iuramenti.et maxime vbi interuenit ſacramentum.ar.ff.de.conſt.pec.l.i.ꝛ.l.cum qui.

p ¶ Euangelia.j xi.q.i.imperator.ar.contra.xxij.q.i.§.ſic etiā.j.px.q.v.qua de cauſa.j.xxij.q.i.clericū.ꝛ.c.mouet.contra.

q ¶ Et ſalutem.id eſt per eum cuius iudicio ſalus dominorum meorum conſiſtit.ſic.n.iurando per has creaturas reſpectum habebat ad auctorem.et ideo non peccabat.et ſic intelligitur.xxij.q.i.§.ſic etiam.ff.de iureiuran.qui per ſalutem.et q dicit in manibus ꝛc̄.eſt ar. q epiſcopus cum iurat tangere debet euangelia.et ſic eſt contra.xi.q.i.nec honore.io.hodie expreſſum eſt. q epiſcopus cum iurat non debet tangere librum.vt extra de iura.calū.c.vlti.b.

r ¶ Dominorum.j.xxij.q.i.clericum.et.c.mouet.contra hoc non habz hodie locum nam ſufficit apponere nomen pape et imperatoris,vt no.ij.q.v.ſacramentum.

s ¶ Sacramento.hec ſe preſbiterum faciunt iurare coactum.vt ſit recta fides vt obediat bona fama.ne verum pereat.ne res ſacra vl' data damna.xxij.di.de ſiracuſane.

t ¶ Subſcripſi.ſ.hoc ſtatutum eſt in concilio niceno.ſ.e.q.ſi qui voluerint.

Q Ui in qualibet.diſcreta.et ſic ſoluitur contrarium .ſ.e.q.iiij.qui apud.et.c.placuit.hic diſpenſare conſueuit ſed nō in caſu ſequē

z ¶ Pro pſona.ar. ꝯtra.lxi.di.miramur ſed verum eſt quod ibi dicitur q ꝓpter amorē alicuius.ꝛc̄.



z ¶ Pro perſona.i. propter ſimplicitatē perſone.

T Anta.ſ di.lxxxvi.tanta. b ¶ Tacemus ar.qui tacet non conſentit ff.communi di.ſabinus.ſ.ſic prohibere.ff.de procur.filiuſſa.§.inuitū.j.de.ꝯ.di.iiij.cum pro paruulis.

c ¶ Pietatis.dicitur autem quandoq pietas reſpectu nature. vt quia noſtra natura hodie fragilis eſt exercenda eſt pietas.vt.xxxiiij.di.fraternitat̄ item alias propter fragilitatem vel pietatis intuitum diſpenſatur.xxxiij.q.ij.antiqui.Item adhibetur pietas propter innocentiam.ſicut puer baptizatus ab heretico admittitur ad ordinem propter pietatem innocētie. vt ſ.e.q iiij.placuit.

S I qui vel propria.tales pro quibus ſupponit iſtud tales non poteſt haberi ex.c. niſi ex.§ precedenti.ſed credendū eſt q̄ qui vidit originale.et eſt ſi j c.tali.ex.xxxiij.q.v.c.ij.

b ¶ Metropolitani.ſ.di.lxv c.ij.ꝛ.iij.

Q Voniam ab alterutra.id eſt ab altera ſed tamen aliter intelligit gratianus.vt patet per precedentem.§.vnde potent dici ab alterutra proprie.quia iam forte metropolitanus aliquid faciebat.vnde ſcandalum ortum eſſet.

d ¶ Conſenſum.ſ.lxiiij.di.c.vl.ſ.lxv di.c.i.ij.ꝛ.iij.

Q Votiens.a populis aut a turba.ex de cleri.ex mi.latores.

f ¶ Propter multitudinem.ar.q parcendum eſt multitudini.vt.xliiij.di.commeſſationes.l.di.vt conſtitueretur.xxiij.q.iiij.ipſa pietas.et.c.non poteſt.et ix q.i.ordinationes.ſed quot dicentur multi.dic quantū ad hoc multi dicuntur in reſpectu.nam quandoq .xl.dicuntur multi.extra de cleri.ex communi.mi.latores alias.xxiij.milia dicuntur pauci.xlv.di.diſci

plina, preterea ar. cõtra. extra de regul' iur. qui scandalizauerit. et de pe. di. vi. c. i. in fi. xxv. q. ii. ita nos. vbi non parcitur multitudini. so. videtur habe-ri per id quod legitur. xxiij. q. iiij. cum quisque. vel per finem istius de pe. di. vi. c. i. vt ex tunc ei non parceretur. cum ex auctoritate illud voluit defẽdere. vt. lxxxij. di. plurimos. et. l. di. domino sancto

g ¶ De reliquo. i. de cetero. di. xcvi. i scrip turis. ff. de leg. cum lex.

D Idici colloquã tur. ar. ex collocu tione presumi confẽ siõ. xxvij. q. i. nec ali qua.

i ¶ Cauteriatam. id est vulneratam vel adustam ignito er-roris cauterio.

k ¶ Subrepti. id est subrepserũt. et est an tiqua grammatica. vel. i. corrupti. ff. de ser. cor. l. si qs seruũ.

l ¶ Confiteri. publi-ce. s. et in hoc est dispẽ-satio. naz de iure pu blice debet confite-ri. s. e. quotiẽs. j. de. conse. di. ij. ego berẽ garius.

m ¶ Vel districtius non vult aliquid ex aggerare. et c. lxxiiij. di. vbi.

n ¶ Multum, id est magnum.

o ¶ Archimãdritaz archos p̃nceps. mã dros. i. ouis inde ar chimandrita. id est princeps ouium.

D Ispẽsationes. a debito. i. a iure communi quod om nibus equaliter de-betur et ita dispẽsa-tio non est ius. vt. x-xxi. q. i. hac ratione quandoque tamẽ dis pẽsatio debetur. vt. l. di. vt constitueret.

q ¶ Exonerant. vt xxij. q. iiij. non soluz. et. xiij. q. vlti. anime. in fi. ff. si quis cauc. l. iiij. ff. ad. l. rodi. qui leuande.

r ¶ Despicimus. id est omittimus. quia easdem res non habuit pro derelicto. vnde male faciũt reges hispanie. qui naues fractas occupant. nam dicit lex. quod fiscus nõ debet ditescere calami-tatibus miserorum. C. de naufra. l. i. li. xi. committit etiam furtum si quis in de aliquid accipit cum distinctione tamen. ff. de fur. falsus. §. vltimo.

s ¶ Dispendia, esse solent magno damna minora bono.

T Ali coniugio. sed nonne inter raptam et raptorem tenet matrimoniuz vt. xxxvi. q. ij. tria. quare ergo filij cum legitimi sunt repelluntur a p̃mo-tione. respondeo hoc non tenet. vel dic quod hic loquitur de monialibus rap tis. cum quibus matrimonium non tenet. et dic coniugio. i. cõiunctione vel coniugio de facto alias legitimi essent. nisi forte quo ad episcopatuz extra de elec. innotuit. sed certe illa decre. loquitur tantum in concubina.

v ¶ Huic petrus. scilicet vt necessitate. vel vt vtilitate p̃moueantur tales. petrus ait. et c. quia apud deum non est personarum acceptio.

vindicari non potest: multum solet tran sire. Priora ergo dimittenda dico dei iu dicio et de reliquo[g] maxima sollicitudine precauenda. ¶ Item in epistola cirilli missa maximo dyacono antiocheno.

Ex dispensatione quedam tolerantur que canonum rigor condemnat.

D Idici a diligendo mihi paulo mo-nacho quia recusat pietas tua vsque hodie cõmunionez reuerentissimi episco pi iohannis amplecti, pro eo quod quidam in anthiochena ecclesia male adhuc cuz nestorio vel sentiant vel quidam iaz sen serint. sed forsitan resipuerũt. probet igi tur tua modestia vtrum aliquando col-ligi nude ac irreuerenter cuz nestorio sen tiant et inuicem colloquantur[h]. licet ali-quando cauteriatam[i] habuerint consciẽ-tiam. Colligantur autem nunc acta pe-nitentia super hijs in quibus subrepti[k] sunt. Cuius confiteri[l] fortassis reuereant̃ excessum. vt autez nõ existimemur ama-re contentionem amplectamur episcopi reuerentissimi iohannis cõmunionem et indulgentes ei et causa dispensationis eius negocium non subtilius vel distri-ctius[m] siue vehementius erga se recog-noscat agitari. Dispensationis eniz gra tia sicut dixi eget negocium multum[n]

¶ Idem ad ianuarium episcopuz et ar-chimandritam[o]. De eodem.

D Ispensationes rerum nonnunquam cogunt paruz quidez a debito[p] quos-dam foras exire: vt maius aliquid lucri faciant. Sicut eniz hij qui mare nauigãt tempestate vrgente nauique periclitante anxiati quedaz exonerant[q]: vt cetera sal ua permaneant: ita et nos cuz non habe mus saluandorum omnium negociorũ penitus certitudinẽ. despicimus[r] ex hijs quedaz ne cunctorum patiamur dispẽdia[s]

¶ Vtilitatis intuitu sicut in meldensi cõ cilio perhibet̃ de filijs virginuz per vim raptarum et sic ad coniugium raptoruz applicatarum, Vtilitatis intuitu que-dam in ecclesia tolerantur.

T Ali coniugio[t] generati ecclesiasti cis ordinibus nõ applicentur nisi forte eos aut maxima ecclesie vtilitas vel necessitas postulet vel euidens meritorum prerogatiua commendet. ¶ Huic pe-trus[v] concordans ait. in veritate compe-ri quia non est acceptor personarum de-us. et c. ¶ Pro euentu etiam rei quedaz in ecclesia tolerãtur. sicut leo ait in decre tis suis laicis subito contra decreta ca-nonuz ordinatis episcopis. Laicis qui contra decreta canonum ad episcopatũ promouentur: ex misericordia susceptuz officium relinquitur.

E Xigunt cause vt nõ solum in tales presules sed etiam in ordinatores eorum competens vltio proferatur. sed circumstant nos hinc mansuetudo[r] mise-ricordie. hinc cẽsura iusticie. vt credam' quedam delicta vtcunque toleranda. que dam vero penitus amputanda. Illos er go quorum prouectio hoc tantuz repre-hensionis incurrit quod ex laicis[a] ad episco pale officium electi sunt: locum suum te-nere permittimus. nõ preiudicãtes apo-stolice sedis statutis: nec beatoruz patrũ regulas soluentes. Quia remissio[b] pec-cati non dat licentiam delinquendi. nec quod potuit aliqua ratione concedi fas erit amplius impune committi. ne quod ad tempus pia lenitate concessimus: iu-sta postmodum vltione plectamus,

¶ Idem ad mauros episcopos.

Donatiste et nouaciani quamuis reprehensi-biliter ordinati: tamen ex necessitate tolerant̃.

M Aximum quoque et laico[c] reprehẽ-sibiliter licet ordinatum: tamen si donatista iam nõ est: et a spiritu scismati ce prauitatis alienus est: ab episcopali[d] quam quoquo modo[e] adept' est. non re pellimus dignitate[f]. ita vt ipse libello[g] ad nos directo: catholicum se esse mani-

E Xigunt. mansuetudo. cum ergo hic sit rigor et ibi misericordia: potius debet iudex sequi misericordiam quam rigorem. vt ex de sorti-le. c. ij. C. de iudic. placuit. et sic iam videtur quod dispensatio sit de-bita quia preceptum misericordie omnibus est commune. vt. lxxxvi. di. non satis. et sententia que misericordiam vetat fugienda est. vt. l. di. ponderet in fi. quod con cedo quod quãque sit debita et iudex pecca-ret si non dis pensaret. nec est tamen p-ditus ius per quod petat̃ dispensatio, sicut ad ele-mosinam te-nemur pau-peri. pauper tamẽ eã nul-lo iure petit. tamen ad pe tendam dis-pensationez põt implora-ri officiuz iu-dicis. et si nol let episcop' dispẽsare pe tat hoc a su periore. et est simile ex de sur. pa. null'

a ¶ Nõ ex la icis. s. lxxvij di. monach' lix. di. si offi-cia. contra. s. di. lxi. quod pro derit. contra s. di. lxv. c. i. et ij. contra. so. ibi ius cõmu ne hic dispẽ-satio.

b ¶ Quia re missio. j. xxiij q. iiij. est iniu sta. in fi. et. p xxv. q. ix. lod j. xxi. q. ij. pla cuit. contra. s. xciij. di. pue-nit. s. so. ibi respicit. factũ hic ius. i. nõ dz dare. nam le ges que per iuria puniunt et c. C. de indicta viduitate. l. ij. ar. C. vnde vi meminẽ-rint. j. de. c. di. iiij quis. ar. j. de pe. di. iij. §. sed verba et c. sane ar. sed aliud est impunitatis occasione amplius peccandi confidentiam su mere quod ibi dicitur. aliud pro vno concesso reliqua similia vsque quaque concedere quod hic negatur. vel dic non dat. i. non dari debz

M Aximum quoque ex laico. iste factus fuerat episcopus nõ serua-tis interstitijs temporum in minoribus ordinibus et ideo dicit ex laico. ar. superficiale pro illitteratis. s. di. lxi. c. i. ij. et. iij. et c. quod pro-derit. contra.

d ¶ Ab episcopali. j. xvi. q. vlti. inuentum.

e ¶ Quoquo. i. nõ legitimo. sicut illud quos genui quocunque thoro.

f ¶ Dignitate. quid si patron' labitur in heresim reuersus recuperat ius patronatus quod habebat, ar. ex de elec, quia diligentia. ff. de

in iis vo. l. adoptiuum. §. sed et si. et. ff. de bo. lib. l. iij. §. si deportat⁹. lo tamen si sententia fuisset lata contra eum de admissione iuris patronatus amplius non recuperat. vt ex̃ de diuorti. de illa. ex̃ de conuersi. coniu. c. v. ij. b.

g ¶ Libello. j. vij. q. i. §. ecce. t. c. qualiter. ⁊. e. q. si qui voluerint.

tri. xxvi. di. deinde. t ¶ Que si ceterorum que dispensari possunt.

v ¶ Illa. hec de illis que dispensari non possunt.

x ¶ Decoloratione puta si esset latro ebriosus ex̃ de re. iud. estote.

y ¶ Et si eatpsa. sic forma constructionem. si illa nullatenus sunt mutilãda que nullo detrimento. ⁊c̃. quantomagis nec illa sunt mutilanda. ⁊c̃ et est sensus si cum dispẽsatibus non debet iudex dispensare nisi ex magna cã quãtomagis in his q̃ sunt indispẽsabilia nullo modo deb3 iudex dispensare. xiiij. di. c. ij.

festet. ¶ Idem. De eodem.

Donatum autem sciacensem ex nouatiano vt comperimus cu3 sua plebe conuersu3 ita dñico gregi volum⁹ presidere: vt libellu3 fidei sue meminerit ad nos dirigendu3. quo et nouaciani dogmatis damnet errorem: et plenissime confiteat̃ catholicam veritatem. Que autem nunc certarum remisimus cõsideratione causarum[h]: antiquis[i] deinceps custodienda sunt regulis: ne quod ad tempus pia lenitate concessimus: iusta post hac vltiõe plectamus. ¶ Idem ianuario episcopo aquilegiensi. Redeuntes ab heresi post publicam professionem in suis ordinibus recipi possunt.

Saluberrimu3 eni3 ⁊ spiritualis medicine vtilitate plenissimum est vt siue presbiteri siue dyaconi siue subdyaconi. aut cuiuslibet ordinis clerici: qui se correctos videri volunt atq3 ad catholicam fidem quam amiserant pridem rursum reuerti ambiunt prius errores suos et ipsos auctores erroris a se damnatos sine ambiguitate fateantur. et sensibus prauis[k] etiam peremptis nulla desperandi supersit occasio. nec vllum membrum talium possit societate violari. cum p oĩa illis professio[l] propria ceperit obuiare. Circa quos etiam canonum illam cõstitutionem precipim⁹ custodiri. vt in magno habeant beneficio: si adempta sibi oĩ spe promotionis in quo inueniuntur ordine: stabilitate perpetua maneant. si tamen iterata vnctione non fuerint maculati[m]. ¶ Item ex conci. martini pape. Ab heresi redeuntes heresim et eius auctorem publice detestentur.

Si quis episcopus siue alicu⁹ episcopi presbiter aut dyaconus in alicuius heresis opinione3 offenderit: ⁊ ob hanc causam fuerit excõmunicatus: nullus episcopus in cõmunione eum recipiat. nisi prius in communi concilio[n] porrecto fidei sue libello[o] satisfaciat omnib⁹ et ita liberam teneat suam purgatione3[p] hoc idem et de fidelibus laicis sit decretum si i aliqua heresis opinione[q] fuerint nominati. ¶ Ecce quib⁹ de causis quedam in ecclesia tolerant̃ que hijsdem cessantibus: pia seueritate vindicantur. Quando autem tolleranda sunt: quando resecanda: gelasius papa distinguit dicens. Quando in ecclesia aliqua toleranda sint aut resecanda.

Et si illa[r] nõnunq̃ sinẽda sunt[s] que si ceterorum[t] constat integritas nocere sola non valent: illa[v] tamen magnopere precauẽda sunt. que recipi sine manifesta decoloratione[x] non possunt. et si eatpsa[y] que nullo detrimento aliquotiens indulgenda creduntur vel reru3 vel temporum[a] que cogit intuitus vel accelerate[b] pulsionis excusat respectus: quãtomagis illa nullatenus sunt mutilãda[c] que nec vlla necessitas nec ecclesiastica prorsus extorquet vtilitas. aliquãdo enĩ pro necessitate vel ecclesie vtilitate mutilantur et laxantur precepta[d] canonica. ¶ Breuiter ostendimus qui reuertentes ab heresi in suis ordinibus[e] valeant recipi vel qui non. ¶ Nunc autem queritur de hijs qui ab hereticis ordinati sũt si ad vnitatem catholice matris ecclesie ab heresi redierint. vtrum[a] in eodem ordine iterum valeant ordinari. Semel enĩ consecratus vt ait beatus greg.[b] iterum consecrari non debet. Item sacramenta que ab hereticis in forma eccl'ie ministrãtur. sicut augu.[c] testatur. reiterari[d] nõ debent. ne non homini. sed sacramento videatur iniuria fieri. Sed illud grego. de hijs intelligitur qui consecrationem sacerdotalem vel episcopalem acceperũt: qui aut per manus impositionem cu3 ad ecclesiam redeunt effectum sue vnctiõis accipiunt. aut ab eius administratione perpetuo cessare iubentur. Similiter illud augustini de eadem mistica vnctiõe et de sacramẽto baptismatis intelligitur Sunt autem in ecclesia ordines alij qui sine sacramenti vnctione sola episcopali benedictione cum quadam vasorum vel indumentorum distributione prestantur vt sunt leuite et ceteri infra eos constituti. Hij q̃uis ab hereticis ordinentur: tamen ad ecclesiam redeuntes in eode3 ordine: si alias digni fuerint: ab ecclesia ordinentur. nec fiet in eis reiteratio muneris: cum nihil ab hereticis eis doceat̃ fuisse collatum. ¶ Unde vrbanus secundus scribit petro pistoriensi episcopo et rustico abbati vallis vmbrose.

Redeũtes ab hereticis sũt reordinãdi.

h Donatũ causarũ. collige ex h intelligẽtia3 e⁹ quod dici solet in litteris salua apostolica auctoritate.

i ¶ Antiq̃s. id est sm̃ regulas antiquas. et ita nisi exprimeretur h: ppetua videret̃ cõstitutio. ia. C. de penis. seruus. s3 q̃d iur̃ sit super h. no. lxi. di. §. ex hijs omnibus.

Saluberrimu3. se sib⁹ prauis. id est opinionibus hereticorum.

l ¶ Professio. C. de non nume. pecu. generaliter. j. ij. q. i. legu3 j. xxvij. q. i. omnes femine. extra de appel. personas.

m ¶ Maculati. idem est si fuerint rebaptizati. ar. de c. di. iiij. qui bis. eos quos. vel si ad subuersionẽ fidei ad heserunt hereticis. ⁊. e. q. l. conuenientibus. ad si.

Si quis. in cõmuni concilio. ⁊ di. l. de eo. hodie sufficit solus epus. ex̃ de hereticis ad abolẽdã. §. q: vero.

o ¶ Libello. ⁊ e q. si q̃ voluerint.

p ¶ Purgationem. idem est si de simonia suspectus sit ex̃ de purga. ca. c. quotiens.

q ¶ Opinione. ⁊ di. xxx. c. vlt.

Et si illa. in principio agit de illis que dispensari possunt.

r ¶ Et si illa. vt dispensabilia.

s ¶ Sinenda sunt. id est dispensanda. et ita ceterorum improprie sumitur. ar. ff. de mino. pa.

a ¶ Uel rerum vel temporum. vel personarum. nã p qualitate personarum ⁊ actio formatur ⁊ cõdemnatio moderat̃ ff. de nego. g. põp. in negocijs. habes g̃ h causas ppter quas est dispensandu3 scilicet causa vtilitatis et necessitatis. s3 nũquid ex causa pbabili videtur. ar. lvij. di. c. vno quod concedit alanus. ego cõtra nec obstat. di. lv ij. c. vno. q: vbi post fides eius apparet probabilis abolet̃. irregularitas ibi psumpta et promouetur de iure cõmuni.

b ¶ Uel accelerate. na3 q̃ de nouo emergunt. ⁊c̃. ff. de interroga. ac. de etate.

c ¶ Mutilanda. dispensationes quas extorquet necessitas necessitate cessante mutilande sunt. que aute3 regulariter fiunt non. j. ix. q. i. ab excommunicatis. ⁊ di. l. placuit. j. vij. q. i. c. mutationes.

d ¶ Precepta. quedam. non omnia.

e ¶ Breuiter. ordinibus. scilicet. illi qui coacti vel ignoranter ab hereticis ordinati sunt.

a ¶ Utrum in eo ordine. et dic q̃ non si in forma ecclesie baptizati sunt. ex̃ de apost. ex litterarum. nec bene soluit hoc gratianus.

b ¶ Gregorius. ar. di. lxviij. c. i.

c ¶ Augustinus. vt. e. q. i. q̃ quidam.

d ¶ Reiterari. vt. ⁊. e. q. i. vatium.

Dalbertuz. per h. c. pbat. io. fa. opinionez suam q. s. baptizatus ab eo qui recipit vltimam manus impositionem extra ecclesiam nihil recipit nos qui dicimus contrarium hoc intelligimus cum non ordinabat in forma ecclesie. f ¶ Beati. &c. et ita cum facit mentionez hic de illo. c. s. i. q. ventuz est. intelligenduz est illud sicut istud de nō ordinatis in forma ecclie

s ¶ Iurati. s. xxiij. di. quanq. j. viij. q. iij. arnaldus. & c. talia.
t ¶ Sortiendis. dignitates eni nō debent venales esse. sicut nec matrimonia. ff. de donac. inter virū & vxo. l. ij.
v ¶ Per se. i. q. i. eos qui. x ¶ Siue p interpositam. ex. de pecul. cli. ingrediendum. ex. de sen. ex. mulieres. s. xlvi. di. sicut non suo.

g ¶ Quia nihil. s. c. q. i. gratia. j. de p. di. iiij. c. quomō arg. s. q. i. que perfectionē.
h ¶ Dare. ar. qui nihil habet nihil dare potest. ar. contra ex. d elec. suffraganeis. Itez ar. q pro non dato habetur quod datur ab eo qui dare nō pōt. ex. de iure pa. quod autem. iohannes.
i ¶ Reiterari. quo ad speciez facti non quo ad rei essentiaz nam sepe quod male fit vel minus plene ex integro est agēdum. sicut in satisdatione. ff. qui satisda. co. de dic. §. si seru9 et in iuramēto. ff. de iureiuran. l. q p salutez. & in libelli pfectione. ij. q. vi. c. vl. ar. ff. qui satisda. co. si ab arbitro. §. quod et si. nam in hijs omnibus non est aliqd iterādūz. s3 q omissum est restaurāduz ex. de sacra. non iteran. c. i. io. male dicit io. hic ex quo ad rei essentiaz fit hic itez ordinatio facienda quia prima ordinatio nō erat in forma ecclesie. b.
k ¶ Ex integro. s. c. q. i. siquis confugerit. j. de con. di. iiij. si nulla. ex. de censi. c. scientes.
l ¶ Dyaconi. iste dalbertus ex formam ecclesie ordinat9 fuerat: vel ex formam ecclesie ordinat9 fuerat a neggelone.

Dalbertum[e] a neggelone licet simoniaco non simoniace eiusdem cōfessione reperimus in dyaconuz ordinatū. et beati[f] innocentij pape sententia constat declaratū. quia neggelon hereticus quez constat ab hereticis ordinatū quia nihil[g] habuit: dare[h] nil potuit ei cui manus imposuit. Nos igitur tanti pontificis auctoritate firmati et damasi pape testimonio roborati qui ait reiterari[i] oportere quod male gestuz est. dalbertum ab hereticis corpore et spiritu digressum atq vtilitate ecclesie pro virib9 insudantē ex integro[k] ecclesie necessitate ingruente in dyaconez cōstituimus. quod nō reiterationem existimari censemus. sed tantum integram dyaconij[l] dationez. quam quidez vt prediximus qui nil habuit: nil dare potuit. ¶ Item damasus papa.

De eodem

Per illicitam manus impositionem vulneratum caput[m] illi qui videbantur aliquid accepisse habebant. et vbi vulnus infixuz est necesse est medicinaz[n] adhibere qua infixa sanetur macula id est reiterari necesse est qđ non est legitime[o] actum aut collatuz minime pbatur. Naz quomodo[p] possit honorez retinere: qui ab illo accepit qui potestatem dare non habuit legitime: inuenire nō possum. ¶ Item nono libro codicis titulo ad legez iuliaz repetundaꝝ Imperator theodosius & valerius.

Sancimus eiusmodi viros ad prouincias regendas accedere qui ad honoris insignia nō ambitione[q] vel precio sed probate vite merito & amplitudinis tue[r] solēt testimonio pmoueri. Ita sane vt quib9 hij honores per sedis tue vel nostram fuerint electionez cōmissi iurati[s] inter gesta depromant se p administrationibus sortiendis[t]: neq dedisse quippiam neq daturos vnq post moduz fore: siue per se[v] siue p interpositam[x] psonaz in fraudez legis sacramētiq. aut donationis venditionis siue vel titulo aut velamēto cuiuscunq[y] contractus et ob hoc exceptis salarijs[z] nihil penitus tam in administratione positos q post depositum officiuz p aliquo pstito beneficio tempore administrationis quā gratuito meruerint accepturos. et licet neminem diuine timoris contēnēdo iureiurando arbitremur[a] immemorem: vt saluti proprie vllum cōmodum anteponat: tamen vt ad salutis timorem ex necessitate periculi subiugetur. si quis ausus fuerit prohibita sacramenta negligere. nō modo aduersus accipientez: sed etiam aduersus dantem accusandi cunctis tanq crimen publicum[b] concedimus facultatez. qua drupli pena euz qui cōuictus[c] fuerit modis omnibus feriendo.

¶ Item pascalis papa. De eodem

Patet simoniacos veluti primos et precipuos hereticos ab omnibus fidelibus respuendos. et si commoniti non resipuerint: ab exteris[a] etiaz potestatibus opprimendos. omnia eni criminа ad comparationem simoniace heresis: quasi pro nichilo[b] reputantur[c].

¶ Hijs breuiter premissis ad ea veniamus que ecclesia seueritate discipline parata est vlcisci ostendētes quibus accusantibus vel testificantibus quilibet sint conuincendi. quo iudice quisq debeat damnari vel absolui. si causa viciata fuerit: quo remedio possit subleuari. si accusatores defecerint: an reus sit cogendus ad purgationem. Et vt facilius pateat quod dicturi sumus: exempluz ponatur sub oculis in quo auctoritates hincinde controuersantes distinguantur. et quid sanctorum patrum sentiat auctoritas: liquido intimetur.

y ¶ Cuiuscunq. s3 videt q ff. de poll. l. i. §. i. sed aliud ē publice p mittere aliquid rei publice. aliud occulte alicui vt ei9 suffragio pmoueatur.
z ¶ Salarijs j. xxiij. q. i. militare. s. lxxvi. di. nō sat
a ¶ Arbitremur. ar. p teste psumendū est q nolit deierare. ex. de testi. cū tu fili. ff. d iureiuran. sciēs & dic canon quos scimus nolle peierare &c. ij. q. v. si mala fama s3 licz psumatur est tamen nota dignuz q: lex nō stat huic psumptioni imo subicit penam in deieratiōe j. c. ibi quadrupli. &c.
b ¶ Publicum. j. vi q. i. §. vlti.
c ¶ Conuict9 naz post depositā administrationez debz esse presens p quinquaginta dies C. vt oēs iudices tam ci ui. q mili. l. i.

Per illicitaz. caput. id est mentē macula culpe infectaz. n ¶ Medicinam. no. hanc expositionez reiterari. &c. et hec expositio subintelligenda est. s. e. q. i. ventum. vbi eadez sunt verba. medicina est adhibenda. i. reiteranda vt ita & illud intelligat de non ordinatis in forma ecclesie.
o ¶ Quod legitime. ar. ex hoc loco q si potestas est translata in aliquez vt eligat episcopuz et ipse minus bonū eligit itez possit eligere. ar. vij. q. i. factus. viij. di. que cōtra. naz reproba pecunia nō liberat debitorē. ff. de pig. act. eleganter. §. qui reprobos. & est ar. ad hoc ex. de elec. in causis ar. contra extra de offi. del. in litteris. nam functus est officio suo. naz etiaz ipsi canonici male eligendo priuarent potestate eligēdi. ex de elec. cum in cunctis & no. lxi. di studij. io. quid iuris sit de hoc notaui in qōnib9. b.
p ¶ Quomodo. s. xix. di. sm. cōtra sed illud cū auctore suo generaliter est phibituz istud in ecclesia catholica confirmatuz h. naz p non dato habetur. &c. ex. de iure pa. quod aūt. ff. si qs cau. quotiēs. ar. contra ex de iure pa. consultationibus.
Sancimus. ambitione. s. e. q. nullus itaq. r ¶ Tue. loquitur pfecto.

& conuenit sub episcopo loci. in autent. vt iud. sine quoquo suffra. §. necessitatez. coll. ij. sed ex cōtractu nō pōt iudex cōueniri post depositam administrationez. si cōtractuz aliquez fecit nomine ciuitatis. vt ff. de admi. reru ad ciui. perti. pcuratores. § in eū. ff. de euict. illud. §. i. sed pcurator negocioꝝ bñ cōuenit post depositum officiuz. vt. ff. de procur. procur. h.
Patet. ab exteris. i. a laicis qui ex ecclesiam habēt hanc potestatez. vt. s. di. xvij. nec licuit. j. xxiij. q. v. princeps
b ¶ Pro nihilo. hoc in detestationez huius sceleris dicitur. s. di. xc. neq. et. e. q. i. cito. j. xxxij. q. vij. quid in omnibus et c. non solu3 extra de simo. tanta. c ¶ Reputantur. hoc dicit in detestationē criminis et ad terrorem. sicut illud omnis peccator. &c. ex. de simo. tanta vel est grauius quia specialius dicit hoc crimen cōmitti in deum q aliud. q: donuz dei volunt pecunia emere. s. i. q. i. eos. & ideo grauius dicit ar. xvij. q. iiij. sicut. xxij. q. i mouet. vel io h dicit q: nulla pena certa p hoc crimine indicitur nisi quousq ad mortez aspere peniteat. s. e. q. i. si quis. Joh. an.

Incipit causa secunda.

Quidã episcop⁹ de lapsu carnis a laico impetit. duo monachi ⁊ vnus subdyaconus ⁊ duo leuite aduersus ipm testimoniũ ferũt a metropolitano suo se sentit pgrauari in ipsa vẽtilatiõe cause tres ex testib⁹ deficiũt. siue decepti pmissione: siue canonica examinatiõe reprobati. spoliat tamẽ episcopus q2 crimen ei⁹ notoriũ erat. ¶ Hic primo q̃rit an in manifestis iudician⁹ ordo sit requirend⁹. ¶ Secũdo an expoliatus ab aliquo sit iudicand⁹. ¶ Tertio q̃ pena sint feriendi qui in accusatiõe vel testificatiõe defecerint. ¶ Quarto si eps duo4 testimonio sit cõdẽnãd⁹. ¶ Quito si deficiẽtib⁹ accusatorib⁹ sit cogendus ad purgationẽ. ¶ Sexto si remediũ sit dandũ ei qui causa dilatiõis vocem appellatiõis exhibuerit. ¶ Septimo si laici monachi vel quilib3 inferiori3 ordinũ in accusatiõe maio4 sint audiendi. ¶ Octauo quõ debeat fieri accusatio: an in scriptis vel sine scripto.

Quod autẽ null⁹ sine ordine iudiciario dãnari valeat multis auctoritatib⁹ pbat. ¶ De hoc aũt ita testat augustin⁹. Dãnari nõ debet nisi aut conuict⁹ aut sponte confessus.

Nos in quẽq3 sniam ferre nõ possumus nisi aut in cõuictũ [a] aut sponte cõfessu3 [b]. ¶ Itẽ cõstã. imperator. De eod.

Iudex criminosu3 [c] discutiẽs nõ añ sniam diffinitiuã pferat q̃3 aut reu3 ipe se cõfiteat: aut p innocentes [d] testes puincat. Hoc idẽ testat augu. ⁊ eisdez verbis. ¶ Item grego. De eodem.

Sicut sine iudicio nolumus quẽq3 cõdẽnari: ita q̃ iuste [e] diffinita sunt nulla patimur excusatione [a] differri.

¶ Item eleutheri⁹ episcop⁹.

Nihil cõtra quẽlibet accusatũ absq3 legitimo ⁊ idoneo accusatore fiat. Nam ⁊ dñs noster ihesus xp̃s iudã eẽ furẽ sciebat: sed q2 nõ est accusat⁹ ideo nõ est eiect⁹. ¶ Itẽ felix papa. De eod.

Primates [b] accusatũ discutientes epm nõ añ sniam [c] pferant dãnationis q̃3 aut reũ ipse se eẽ cõfiteat: aut per innocẽtes ⁊ canonice examinatos regulariter testes cõuincat. aliter irritã esse censem⁹ ⁊ iniustã epo4 dãnationẽ ⁊ idcirco a sancta sinodo retractandã [d] ita vt oppressis ab oib⁹ in cũctis causis subueniat. Idẽ decreuit zepherin⁹ papa. ¶ Itẽ augustin⁹. Multi per tolerantiã sustinẽdi sunt q̃uis snia diuini iudicij sint pdẽnati.

Vnus ex vobis [e] me traditur⁹ ẽ. bene dixit vn⁹ ex vobis ⁊ nõ ex nobis. Ex vobis eni3 a quib⁹ p iudiciariã ptãtẽ cõfessus aut cõuict⁹ exclusus nõ ẽ. a me vero qui nullis indigeo argumẽtis: ⁊ oĩa certissime noui separ⁹ ẽ ⁊ diuisus. Tale eni ẽ ac si diceret. Et si ego p occulti iudicij sentẽtiam dãnatũ habeo: vos tamẽ adhuc illu3 p tolerantiã sustinere [f]. ¶ Itẽ gregori⁹ iohãni defensori eũti in hispaniã. Nulli seruet iudiciũ nisi rõnabilit habitum.

In primis [g] requirendũ ẽ de persona psbiteri [h] dilectissimi fratris ⁊ coepiscopi nostri ianuarij. ⁊ si ita se veritas h3 sicut eiusdẽ episcopi petitio cõtinet in ecclesia atq3 loco suo idez presbiter modis oibus reuocet. Si autem dictũ fuerit q2 cõtra ipsu3 causa ali

Quod ait. iudicas q in manifestis requirit ordo iuris. vt. ii. q. iij. cor. sed nõ in notorijs. vt dicit. j. c. manifesta. ⁊ habes ex̃. de iureiur. ad nostrã. iij. ⁊ notandũ q quedã snia est diffinitiua: quedã interlocutoria: quedã pcepti. quelibet ista4 req̃rit ordinẽ iuris. ⁊ si diffinitiua snia fuerit lata omisso ordie iuris ipso iure nulla ẽ. vt. j. c. q. vi. §. diffinitiua. hoc tñ scias q duplex est ordo iuris vnus qui est de natura siue substãtia iudicio4. sc3 vt q̃s p⁹ citatõe3 hẽat iducias vt fiat lit. cõtesta. ⁊ testes recipiantur ⁊ q snia ferat in scriptis. si contra hũc ordinem ferat snia nõ tenet. vt. j. c. q. vi. §. diffinitiua. est alius ordo qui nõ ẽ de subã iudicio4. s. vt snia nõ ferat sub cõditiõe ⁊ nec prius pnunciet̃ de possessione q̃ de proprietate. si tñ hoc nõ seruatur: nihilominus t3 snia. vt j. co. q. vi. biduu3. ⁊ C. de ap. l. i. Item snia interlocutoria siue sit excõis siue suspensionis vel missionis in possessionẽ req̃rit ordinẽ iur. de ordine snie excõicatõis hẽs. j. c. nemo. ⁊ xxiiij. q. iij. de illicita. ⁊ meli⁹ ex̃ de sen. ex. sacro. de ordie suspẽsionis hẽs. j. c. nomẽ. si tamẽ iste ordo nõ fuerit seruat⁹: tenet excõicatio vel snia suspẽsionis. vt. xi. q. iij. si eps. Itẽ in snia missiõis in possessiõem requirit semiplena cause cognitio. vt ex̃ vt lit. nõ cõtes. q̃m frequẽter. in fi. ⁊ siue ordo talis fuerit seruat⁹ siue nõ: si absens põt pbare se nõ fuisse cõtumacẽ: snia talis retractat. vt ex̃ de sen. ⁊ re iudi. cũ bertold⁹. ⁊ ff. ex qui. cau. in pos. ea. fulcini⁹. §. q̃d sit latitare. ⁊ ff. de priuil. credi. imperatores. snia pcepti ẽ cũ iudex pcipit alicui sine cause cognitiõe vt soluat alij. x. q̃ petit. si ille soluat ⁊ pecunia illa debita ẽ l3 iudex iniuste pceperat: tñ nõ põt repeti pecunia. vt. ff. q̃d met⁹ ca. l. vl. i fi. a pdicta regula pleriq3 doctores excipiũt infamatos circa q̃s nõ req̃rit ordo iur. vt. j. e. q. v. psbit. ⁊ ex̃ de simo. q̃tiẽs. q̃d nõ admitto vt dicem⁹ in loco suo in illo. c. psbit. ⁊ i illa decre. quotiẽs. habita fuit cognitio cause. Itẽ excipiũt dilapidatores. vt. iij. q. i. q2 ea. q̃d nõ ẽ ve4. quia hodie pp solã suspitionẽ nõ remouent ab administratiõe. vt ex̃ de si. mo. l3 heli. Jo.

a ¶ Nos in queq3. cõuictũ. q̃tuor sunt modi cõuincẽdi: aut iure. s. in instrumẽtis vel testib⁹: aut facti euidentia vt ex̃ de coha. cle. ⁊ mu. ⁊ j. e. q. q̃ lothari⁹. aut iuris interptatiõe. vt sepi⁹ citatũ cẽrcã. vt. iij. q. ix. decernim⁹. aut violẽta suspitiõe. vt. xxxij. q. i. dixit. ⁊ C. de adul. si q̃s.

b ¶ Cõfessuz. hẽs ar. h q snia ferẽda ẽ in cõfessu3: ⁊ h ve4 ẽ etiã si aduocat⁹ alicui⁹ cõfiteat nec reuocet cõfessionẽ suã. vt ex̃ de cẽsi. olim. ⁊ ẽ ferẽda snia in cõfessu3 in cã ciuili. vt. ff. de cõfes. iulian⁹. ⁊ etiam in cã criminali. vt. ff. de custo. ⁊ exhibi. re. si cõfessus. nisi aliq̃s metu tormẽto4 pfiteat aliq̃d dũ ẽ i carcẽ. tali ei cõfessiõi nõ stat. vt. ff. de q̃sti. l. i. §. diuus. ⁊ §. si q̃s vltro. nisi p⁹ tormẽta i pfessiõe pseuer3. vt. ff. de q̃sti. l. i. §. q̃õne mẽtit q lex q̃ dic q nulle sunt ptes iudicis i pfitẽtẽ. vt. ff. ad l. aq̃l. pinde. §. vlti. S3 dic q nulle sunt q̃tũ ad examiatõe3 cãe. sit tñ aliq̃ q̃tu3 ad platõ3 snie. vl dic q si p⁹ receptiõe3 libelli: ⁊ iducias datas re⁹ pfitet. tc iudex feret sniã3. s3 si sine oi porrectiõe libelli si ex abrupto pfiteat: tc si ẽ ferẽda snia s3 iudex simplr pcipiet ei vt soluat. ff. de iudi. si debitori. q̃ at pfessio p iudicet his pnib⁹ ost. Maior spõte sciẽs ptra se vbi ius sit ⁊ hostis. nec natura neq3 fauor ⁊ lis iusue repugnet. maior. ff. de pfes. certũ. §. miores spõte. xxxi. q. ii. lothari⁹. sciẽs. C. de iur. et fac. ig. error ptra se. ff. de int. act. de etate. vbi ius sit. ex̃ de iudi. at si clerici. ⁊ hosti. ff. de int. ac. l. vl. nec natura neget. ff. de int. ac. cõfessiõib⁹. fauor. C. de lib. cã. interrogatã. ex lis. ff. ad. l. aq̃. idẽ neraci⁹. §. vl. iusue repugnet. ff. de pac. si vn⁹ §. pacta. ⁊ meli⁹. ff. de iter. ac. l. si is cui⁹. ex xij. q. ij. solet queri.

c ¶ Iudex. criminosũ. i. cã3 crimialẽ.

d ¶ Aut p inocẽtes. id est bonos.

Sicut sine iudicio. q̃ iuste. i. fm ordinẽ iuris. l3 ei sciat executor eã iniustã q̃tũ ad ius litigatoris. tñ eã exeq̃t. ex̃ de of. de. pastoral. nisi sit lata pter ista. vt. C. si ex fl̃sis instr̃is. l. iudicati. ex̃ de re iudi. de cetero. ⁊ de cri. fal. sicut.

a ¶ Excusatiõe. nisi icõtinẽti obiciat exceptio. vt ex̃ de testi. veniẽs. ij. ⁊ ex̃ de testi. spol. l[ite]ras. de h dic vt no. xi. q. iij. cũ apo. ex̃ de of. del. q̃renti.

Primates. i. epi. v. q. ij. si pmates. c ¶ Sniã3. excõicatõis quã ferre põt i epos s3 dãnare nõ. vt. d. xij. di. de his. j. xi. q. iij. si q̃s eps. j. iij. q. vi. q̃uis. ⁊ c. seq. nisi sit sinod⁹ pgregata auctate pape. vt. v. q. iiij. c. i. d ¶ Retractãdã. s3 q̃lit retractat snia q̃ de iur nulla ẽ. nã nec i snia excõicatõis necessaria ẽ absolutio: vbi snia nulla ẽ. vt ex̃ de of. del. cũ cõtigat. ⁊ ex̃ de sen. ex. p tuas. ⁊ id q nullũ ẽ rũpi nõ pt. ff. de iniust. rup. t. nã ⁊ si sub. ⁊ vbi nulla ẽ obligatõ nulla ẽ liberatõ. ff. de v. ob. decẽ stiplat⁹. s3 h retractat de fcõ: sic aliq̃s absoluit de fcõ. ex̃ de ap. ad pñtiã. sic dposit⁹ de fcõ restituit de fcõ. vt. xvi. q. i. fr̃ nr̃.

Vnus ex vo. ar. q de vno dr de alijs negat. xlv. di. disciplia. sic. ff. de indi. cũ ptor. s. xxv. di. q̃lis. C. de pcu. marit⁹. f ¶ Sustinere. etiã i publica cõione. vt ex̃ de of. or. si sacerdos.

g In pmis. ar. q pri⁹ ẽ cã pauperis q̃ diuitis tractãda. xvi. q. vi. de lapsis. ⁊ C. de epi. ⁊ cle. si q̃s ad declinãdã. s3 dic q h vltio iubet tractari cã epi: vt cã meli⁹ memorie pmẽdet. vt de cõ. di. ij. liq̃do. s3 q̃re iubet iq̃ri. s. an ordo iuris fuerit fuat⁹. cũ epi depositi cẽnt a nõ suo iudice: vñ stati deberẽt restitui. vi. q. iij. deniq3. dic q h fuit pp scãdalũ comicioli. ⁊ ẽ si. iij. q. vi. h q̃ppe.

h ¶ Presbiteri dilc. trãsitiue põit.

qua mota [i] siue ꝓbata ē subtiliter ipso presente [k] ꝛ ꝑ se ratione͂ reddēte querē dū est ꝛ gen⁹ cause [l] ꝛ mod⁹ ꝓbatiōis [m] vt ex hoc colligere valeas. vtrū adhuc i exilio vl' deportatiōe demorari an cer te in ecclesia ꝛ officio suo reuocari debe at. De epi ꝑsona hoc faciēdū ē vt si nul la cōtra eū criminalis cā q̄ depositōe vl' exilio digna est mota siue ꝓbata est: is epūs q̄ eo supstite puerse [m] ꝛ cōtra cano nes i ecclia ei⁹ ordinari ꝑsumpserit: sa cerdotio priuat⁹ ab oi ecclesiastico mi nisterio repellat [n]. qui etiā eidez ianua rio dilectissimo fratri ꝛ coepiscopo nr̄o tradend⁹ ē: vt aut ab ipo [o] i custodia ha beat. aut certe ab eo ad nos trāsmittat. Episcopi vero qui eū ordinauerūt vel ordinatiōi ei⁹ cōsentiētes interfuerunt sex mensib⁹ [p] dominici corporis cōione priuati agere pniam in monasterio de cernant ꝛ supraſcript⁹ ianuari⁹ loco et ordini suo modis oib⁹ reformet. Siue rō cōione priuatis cōtigerit mortis im minere periculū bn̄dictio eis viatici nō neget. Si aūt epi in ꝑiudicio cōdēnati onis vl' depositōis memorati epi se me tu [q] iudicis cōsensisse ac talia fecisse sua sponte [r] cōfessi fuerint: tp̄s eis abbreui andū est ꝛ mod⁹ pnie tēperand⁹. Siue ro ille qui locū ei⁹ inuaserit de hac for tasse luce migrauerit ꝛ alter est ordina tus q: leuioris [s] culpe videt. non quasi isti superstiti: sꝫ successisse defuncto epi scopat⁹ illi officiū ab ea tm̄modo eccle sia iterdicat: vt i alia ecclesia q̄ sacerdo te vacauerit si elect⁹ fuerit eps ee possit ad malachitanā tn̄ ecclesiā nunq̄ aliq̄ modo reuersur⁹ [t]. Gloriosus aūt comi ciol⁹ q̄cq̄d ꝑdict⁹ eps ꝑ violētiā atq̄ in secutione͂ ipsi⁹ expēdisse [v] vl' dānū ptu lisse dato [a] sacramēto firmauerit eidez epo restituere cōdēnet. Si aūt aliter q̄ antefati epi petitio cōtinet actū ee for sitan ꝓhibet. subtiliter querēdū ē ꝛ co gnita veritate cū dei timore qd iusticie ordo suaserit iudicādum est. ¶ Item Quia igit stephan⁹ eps in odio sui q̄ daz ficta ꝛ de falsis se capitulis accusa tuz neq̄ aliq̄d ordinabilit factū sꝫ iniu ste se asserit cōdēnatū diligent queren duz ē. primo si ordinabiliter iudicium habitū ē si alij accusatores [b] ꝛ alij testes fuerint. Deinde causaꝝ q̄litas ē exami nāda si digna exilio vel depositiōe fue rit: si eo ꝑsente [c] q̄ accusat⁹ ē sub iureiu rādo testioniū ꝯ eū dictū ē si scriptis a ctū ē. si ip̄se licētiā r̄ndēdi ac defendēdi se habuerit: sꝫ de ꝑsonis accusantiū ac testificantiū subtiliter q̄rendū est [d] cui⁹ cōditiōis sint cuiusue opiniōis. ꝛ ne in opes patrionij sint: ne forte contra ꝑsa tum pastorez aliquas inimicitias [e] ha buissent. vtrū testimoniū ex auditu [f] di xerint: aut certe sp̄aliter [g] se scire testati sunt: si scriptis [h] iudicatū ē ꝛ partib⁹ ꝑ sentib⁹ snia recitata ē: qd si forte hec so lēniter acta nō sunt: neq̄ causa ꝓbata est q̄ exilio vel depositiōe digna sit i ec clesiā suā modis oibus reuocet. Ubi ve ro qui cōtra dei timorē ꝛ statuta cano num eū cōdēnauerūt excōicati i mona sterio ad agendā penitentiā septē men sib⁹ sunt mittendi. Ita sane vt si cuiq̄ eorū cōtigerit mortis imminere discri men viatici eis benedictio nō negetur. Ipse aūt q̄ eo viuēte locū ei⁹ temerarie ambiuit priuat⁹ sacerdotio ab oi mini sterio ecclesiastico repellat atq̄ eidē di lectissimo fratri ꝛ coepo nostro tradat. vt euz ipse aut ad nos transmittat: aut

i ¶ Mota. sine probata. siue ꝑ et. ꝛ tūc planū ē. nō eñ eo solo q̄ q̄s ē accu sat⁹ re⁹ ē. vt. xv. q. vi. c. vi. vel dic mota ita q̄ sit infamat⁹ ꝛ in purgatōe de ficiat. hoc eñ solū sufficit ad depositionē. vt ex̄ de simo. de hoc. ꝛ c. insinua tū. hoc verū est q̄n crimē in quo deficit inducit depōnem. k ¶ Presen te. ꝛ intelligente alit nō diceret presens. vt. ff. de verb. sig. coram.

l ¶ Gen⁹ cause. s. an cā sit ciuil an crimia lis. q: alij testes ad mittunt in vna q̄ in alia. vt. xiiij. q. ij. sup prudētia. vel dic ge n⁹ cause. i. an tale sit crimē qd inducat de positionē vel nō. q: nō oē crimē inducit depositionē. di. lxxxi apostol⁹. ꝛ. v. q. iiij. in loco. xv. q. viij. in summa.

m ¶ Mod⁹ ꝓbatio nis. nō intelligas vt inquirat an ciuiliter an criminalit agatur nā ꝑ crimē ciuiliter ꝓbatuz remouet q̄s a beneficio. vt ex̄ de offi. custo. c. i. ex̄ de fi deiuſ. peruenit. ꝛ de iureiur. querelā. sed dic modū ꝓbatiōis id ē an excipiēdo vl' denūciādo vel alio modo sit ꝓbatū cri mē. q: si excipiendo vel denūciādo nō ē remouend⁹. vt ex̄ de accusa. sup his. si āt directe agat ꝯ crimi nelꝫ ciuiliter: bn̄ re mouet ab admistra tione sꝫ non a digni tate. vt ex̄ de simo. ꝑ tuas. in fi.

m ¶ Peruerse. q̄d iu ris de hoc sit. habes iij. q. ix. in summa.

n ¶ Repellat. nisi se cisset ignorāt. vt. vij q. i. ꝑsentiuz. ꝛ. c. cū qui. o ¶ Ab ip so. nō vt ab ipso iu dicet. vt. ꝭ. iij. q. v. q: suspecti.

